Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31284
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

annis. Ascendebat ei madian et amalech
singlis annis in isrl' uastantes segetes eorum
et vniuersa iumenta tollentes in predam. Cumque
clamasset isrl' ad dnm misit ad eos virum
prophetam per quem exprobrauit eis dns beneficia que
eis contulerat et tamen noluerunt audire uocem eius.
Venit autem angelus dni et sedit sub quercu que erat in e-
ffra. hic est uir quem miserat dns. lapis autem
super quem sedebat et quercus et ager pertinebant
ad ioas patrem familie ezri id est honora=
biliorem inter alios illius familie. Gedeon uero
filius eius timens hostes qui irruerant super terram
in occulto excudebat frumenta in torculari
vt haberet uiaticum ad fugam. Josephus dicit hoc ma=
ximum fuisse dine propiciacionis madian. quod
tunc uterentur torculari pro area. Frumentum ei
erat parum ut aree repleret frumento et torcu=
laria vino. et ait angelus ad eum. Dns tecum
virorum fortissime. Cui Gedeon. Si dns no=
biscum est. cur apprehenderunt nos hec mala
et respexit in eum dns in angelo et ait. Vade
ego mitto te in hac fortitudine tua. qua scilicet confero
tibi respiciendo uel mittendo. percuties ma=
dian quasi virum vnum. cui gedeon. Si inueni
graciam coram te. ne recedas donec reuertar.
Et coxit gedeon edum. posuitque carnes
et azimos panes in canistro. et misit ius
in ollam. offerens ea angelo. cui angelus.
Pone carnes et panem super petram. et ius desuper
funde. Quo facto. tetigit illa angelus summitate
virge quam gerebat. et ascendit ignis de petra.
et consumpsit omnia. angelus autem euanuit ab oculis
eius. timensque gedeon ait. Heu mi dne quia vidi an=
gelum dei. cui dns. Ne timeas non morieris.
Eadem nocte ait dns ad eum. Destrue aram
baal. quam erexit pater tuus. et nemus circa eam
succide. et occide thaurum quem saginat ydolo.
Alium uero thaurum septennem quem ciues dedica=
uerunt ydolo. offeres mihi in holocaustum super
altare. quod edificabis in summitate petre super
quam ante posuisti sacrificium. Gedeon timens
patrem et ciues. cum decem seruis omnia nocte co=
pleuit. et uocauit altare pax dni et latuit.

In crastino dixerunt ciues ad ioas. Educ
filium tuum ut moriatur. quoniam fecit hec. quibus ille
ait. Numquid vltores estis baal. si deus est baal
vindicet se. Et inde dictus gedeon iero=
boal id est fortis baal. quasi fortis contra baal. Igitur
madian et amalech transito jordane. se=
derunt in ualle iezrahel. quasi locauisse. Spiritus
autem dni induit gedeon. Vocauitque do=
mum abiezer. de cuius familia erat ipse. et
misit nuncios ad manassem et aser et za=
bulon et neptalim. qui occurrerunt ei cum
triginta duobus milibus. Et petiit gedeon
a dno signum victorie in uellere posito
in area. si nocte illa rore conplueretur
area sicca remanente. et factum est ita. et expresso
uellere. rore concham impleuit. Sequenti
nocte ne casu factum putaret. petiit signum
in contrarium. ut area rroraretur. et uellus
siccum esset. quod factum est. Venit autem gedeon cum
suis ad fontem qui dicitur arad. et ait dns ad
eum. Populus multus est tecum. ne dicat isrl'
meis viribus liberatus sum. clama ad
populum. Qui formidolosus est reuertatur.
Tamen intelligendum est alia tria que man=
dauit dns clamanda in populo. cum non
tacuisse que moyses dixit in deutronomio.
Qui edificauit domum et non dedicauit
eam. reuertatur. Similiter qui plantauit vineam
et non dum fecit eam communem. et qui desponsauit
vxorem. et non dum accepit eam. Et reuersi sunt
de populo uiginti duo milia et decem milia
tamen remanserunt. et ait dns ad gedeon.
Adhuc populus multus est duc eos ad aquas
in calore meridiei. eos qui lambuerint
aquam manu uel lingua sicut canes. estimas
magnanimos separabis. et inuenti sunt tamen
ex eis trecenti viri. et ait dns In hys tre=
centis tradam madian in manus tuas.
Quibus assumptis et cibariis pro nuncio et tubis.
gedeon se ceteros dimisit. eadem nocte dixit
dns ad gedeon. Descende ad castra
madian. tu et pharam puer tuus tecum.
et audies quid loquentur. et confortabunt